

Sunt adhuc cætus (hos etiam Academiae vocare placuit) quæ domesticis tantum parietibus circumscribuntur, & ad quas non est aditus nisi quibus decursa jam sint majorum studiorum spatia: hi statis diebus, & sub emérito præside, limandos se iterum, & recoquendos traddunt, & easdem, quas in scholis Scientias imbiberant, per ocium, & in umbra regu-stant. Sunt, qui postea quam contentione summa, & labore, ex omni cum Græcæ, tum Eruditionis Latine campo flores primos, & succos libaverint, apum instar multo nectare cellas, & alvearia sua distendunt, favosque conficiunt dulcissimos, quos alij gustandos infumendosque relinquunt. Sanè quicumque cum fide, ac pro dignitate res Americas literis commendarunt, ex Historijs, aut Commentarijs jam ante in America elucubratis, abunde profecerunt. Denique cum Hispani sponte, & ingenio in Martis, & Minervæ stipendia ferantur, evenit ut in pacatissima Urbe, Bellis circumquaque longè silentibus, Mexicana juvenus omnes illos Naturæ igniculos, animique vires traducat ad Literas; ut quominus armis eò magis Doctrinæ, & Pacis artibus evadat insignis. Itaque cum Mexicani singulari Dei O. M. munere ad capessendas Scientias omnibus aut Naturæ, aut Gratiæ præsidijs instructi sint, & ornati, nihil video quòd non suum illis inter ingeniosos Literarum cultores locum merito designemus. Et quidem si velimus sedere ad calculos, temporisque rationes subducere, intra duos illa secula, in quibus Americani Scientias, artesque liberales excoluerunt, culturæ atque operæ fructus respōdit, messisque Eruditis non contemnenda. Quod si Mexicanis typorum copia suppeteret, sine dubio multo plures vulgasset Libros, quorum cum

cum essent luce dignissimi, alios atas, & caries absumpsit alij sine Nomine delitescunt. Quamquam his incommodis Bibliotheca Author, magnis impendijs, parte quadam remedium attulerit, comparatis Latinarum, Græcarum, Hebraicarumque literarum alveolis, nitidissimis formis, apparatuque cætero pro libris edendis. Perorasse omnibus visus est Italus; adjecit nihilo minus Belgas. Quod in me est non modò locum aliquem, sed perhonorificum Prytaneam in ipsis Athenis concederem Americanis; nisi iniquorum quorundam depravata judicia pertimerem. *I.* Quæ tandem sunt illa & enuntia, precor? *B.* Vigere quidem; sed solito citius desinere. Mexicana Ingenia Rosatum more de quibus Hispanus Poeta:

*Venerunt aliquando Rosa. Proh veris amant
Ingenium! Una dies ostendit spicula florum,
Altera pyramidas nodo majore lumentes,
Tertia jam calathos. Totum lux quarta peregit
Floris opus. Pereunt hodie nisi mane legantur.*

Quin te nunc tuus Cicero premit. *Non enim potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum.* *I.* Si de ijs tantum Ingenijs dicunt quæ præcòcia sunt, & ante diem emicant, & erumpunt, nihil adversè, & statim concedam Americana, non minus quàm cæterarum Nationum Ingenia quæ nimium festinant, brevi amisso flore languere; id autem omnibus Americanis accidere, inficior, & nego planissimè. Novimus enim hic, & videmus plures qui post sexagesimum, non paucos qui post septuagesimum, aliquos, qui post octogesimum (quod in Europæis admirandum sit) memoria adhuc, & ingenij vi præstent, scribant, concionentur, Rempublicam admi-

Perorasse omnibus visus est Italus; adjecit nihilo minus Belgas.

Perorasse omnibus visus est Italus; adjecit nihilo minus Belgas.

Perorasse omnibus visus est Italus; adjecit nihilo minus Belgas.

Florus ap. Nicol. Ant. tom. 1. Biblioth. veteris.

De Oratore n. 21.

*

admi-

Perſius Satir. 5.
ſ. 61.

Cicer. in Bruto n.
64.

Quint. lib. 4. In-
ſtit. ad medium
Præmij de morte
filij.

Florus ap. Nicol.
Ant. tom. 1. Bi-
blioth. veteris

De Oratione B. 1.

adminiſtrent, limatiſſimas e Cathedris præle-
 ctiones habeant ad Academicos, ac ſervata
 quadam, in media ſenectute, viriditate, per-
 gant, quod ille ait, *doctis impalleſcere Char-
 tis*, & amore literarum flagrantibus nollint ſuam
 junioribus Vigiliam traddere. Et an non in
 alijs Provincijs fuere quædam ingenia ante
 tempus matura, ac breviffimè decidentia?
 An non longè ante natos Americanos verum
 erat quod ex Cicerone protuliſti Diverbium?
 An non ipſi à feſtinatione ſuſpicitur & com-
 mendatur Hortenſius Orator? *Quinti Hortenſij
 admodum adoleſcentis ingenium, ut Phidias Sig-
 num, ſimul aſpectum, et probatum eſt.* Aut ex-
 pectavit Americanos Quintilianus, ut diceret:
*Obſervatum ſere eſt, celerius occidere feſtinatam
 maturitatem: et eſſe neſcio quam, que ſpes tantas
 decerpit, invidiam, ne videlicet, ultra quam ho-
 mini datum eſt, noſtra provehantur.* Quam ob-
 rem, ſi vitio vertis aut properatam illam inge-
 niorum maturitatem, aut florendi tempus bre-
 viſſimum, vide ne omnes, quibus eſt hoc vi-
 cium commune, Nationes incuſes: (3) Vide ne
 dicaris emendare velle Naturam, cui libuit alia
 minus, alia magis eſſe diuturna. Niſi, pro tua ſa-
 pientia, mallis agnoſcere, neque brevitatem ne-
 que longitudinem illam in nobis eſſe poſitam,
 adeo que nec laudi, nec vituperationi imputan-
 dam: cum Naturæ conditor Deus certis tem-
 poribus, & intervallis (quæ nemo contrahere,
 nemo poſſit laxare) parva, mediocria, & ſubli-
 mia ingenia conſilio ſapientiſſimo, definiſſet, &
 circunſcripſerit. Ergo in ijs vera nobis laus, & gloria
 ſunt collocanda, ut quandiu vixerimus, rectè,
 & egregiè factis, optimiſque ſtudijs, & artibus
 invigilando vitæ brevitatem, & anguſtias tem-

poris dilatemus. Fertur enim, & quodammo-
 do verum eſt, ab aliquot ſæculis languere in
 dies, ut corporum, ita Ingeniorum robur, &
 vires, & cum ſenſcente mundo ſenſcere. Nam
 quotuſque nunc eſt, qui Antiquorum pon-
 dus, gravitatem, lacertos, ac nervos cogitando,
 aut ſcribendo poſſit exerere? Aut quid nos ſu-
 mus ſi cum veteribus illis Scriptoribus con-
 feramur, niſi tenues derivationes è magnis ſu-
 minibus? Et pauci ſunt quidem (præter illos qui-
 bus eſt à Deo lumen inſuſum) qui non
 quarant potius venuſtatem, & Scriptorum
 ſplendorem, magisque ament ſolius oris, & cu-
 tis pulcritudinem, quam ſuccum, & ſangui-
 nem, qui in venis eſt, & quibus conſtat va-
 letudo, & ſanitas corporis univerſi. Unde fit
 etiam, ut nec diu illi vigeant, ac deficiente irri-
 gatione marceſcant. In Americanis verò ob-
 ſervarunt Sapientes, idem quod in plantis
 Agricola. Et mihi crede. Cum Hiſpani iſti
 ex aurea illa ſint orti veteris Hiſpaniæ radi-
 ces, ijs accidit, quod earum arborum ſtir-
 pibus, quæ cum ſint bonæ, & fertiles, tamen
 ſive ſoli commutatione, aut quod Virgilius
 ait, *Indulgentia Cæli* meliores ſiant, & la-
 tiores fructus emittant. Sic, quæ ab Hiſpania
 in Americam migrant Ingenia, ſuavitatem, &
 nitorem quendam Mexicani beneficio Cæli ſi-
 bi conciliant, quem fortæſſe nunquam ſtudio,
 ac labore multo, patrio in agro contraherent:
 Sicut ea quæ hinc ad Hiſpanos literarum gra-
 tiâ proficiſcuntur augent vigorem ſuum & ro-
 bur, cumulantque nativâ illa pulcritudine, ele-
 gantiâ, & amœnitate. Clariffimo, nimirum, Au-
 thoris Naturæ documento, nollentis (dum mor-
 tales ſumus) aliquid Nos omni ex parte bea-
 tum habere; atque ita dum alij alijs indigemus
 alen-

Sermon V. in Tradi-
 tionibus, & Theo-
 logiam, que nihil
 Eccleſiæ Dei fru-
 ctuosius omni ſtu-
 dio retineamus.
 illuſtramus, pro-
 pagamus. Divino
 enim munere in-
 ventâ eſt à majori-
 bus noſtris, ſa-
 pientiſſima veritas,
 Theologia ſchola-
 ſtica.

Georg. 2. ſ. 345.

De diſſip. tom. 1.
 Biblioth. veteris
 Hiſpaniæ. ſ. num.
 Biblioth. Soc. &
 Biblioth. nova Hil-
 panicæ.

alentis conservantisque gentium, & omnium Nationum voluntatum, & animorum societatem, atque concordiam, qua nihil est homini utilius, nihil charius, dulcius, & optabilius.

Et hic Orationis vela contraherem, nisi acuti nimium, & controversi homines Hispanis molesti essent, & importuni illo cantico & acroamate è trivijs, aut circulis Rabularum emendicato. (4) Hispanos scilicet literas Humaniores negligere, despectui habere, immerfos Philosophicis, ac Theologicis Quæstionibus agitandis, in quibus cum sit nihil viroris, aut concinnitatis, evadunt ipsi horridi in scribendo, & inculci, nec Lectoris aures admodum scalpunt. Quæ tamen omnia à vero longissime aberrant. Aliud enim omnino est non tanti facere, nec tanto in pretio habere eas literas quanto alias Scientias nobiliores; aliud eandem fastidio respicere. Quod discrimen caute, ac religiose servant Hispani: colunt namque ejusmodi Literas, sed suo loco, ordine, & quod satis est tempore; nec ita ut velint in illis habitare semper & incanescere. Hoc enim tribuendum duntaxat existimant altioribus Scientijs, ex quibus ceteræ, quasi minores rivuli, ducunt originem. Illud autem de inculca, atque horrida Hispanorum Latinitate, illi fortasse dicunt, qui ignorant fuisse esseque in quavis gente Scriptores plures huic, inquinata, ac nihil illustri orationes; aut qui invidiose, ac simulate oculos avertunt à Seneca, Lucano, Martiali, Higino Augusti liberto, Mella, Felto Avieno, Floro, Quintiliano. Et ut illos nimis antiquos præteream, unde sunt illi aurea omnes Latinitate; Petrus Pontidonnius, Arias Montanus, Sepulveda, Pincianus, Joannes Mariana, Acoſta, Pineda, Alvarus Gometius, Canus, Ribera, Gaspar

San-

Sanctius, & quo nemo propius ad Tullium accesserit, Perpinianus alendus ambrosia. Superiores illos, ex America secuti sunt Cervantes, Villerias, Ferdinandus Lupius, Ruitius, Zamora, pluresque alij, aut Poetica nobiles, aut Oratoria, & quem in studijs Theologiæ Collegam habui, & contubernalem Lucas Alvarus Veracruzanus Josephina sua, & Angelomachia vehementer Nasonis Ingenium, & carmina redolens. Deinde, si quia Hispani multum sunt in gravioribus scientijs, ac minus impense alias addiscunt; illos vocant rudes, & impolitos; qui toti sunt in levioribus illis, & summis tantum labris Aristotelis Philosophiam, divinamque Theologiam gustaverint (in quibus Sapientiæ sunt fontes uberrimi) quo loco ab Hispanis haberi debent, aut quo nominari præconio? Et, si Rhetorica, Oratoria, Poetica, quia os homini, & linguam ad recte loquendum effingunt, redduntque disertum, & eloquentem, humaniores literæ proprio quodam jure vocantur, Philosophia, ac Theologia illa qua mentes, moresque hominum, & ingenia maxime expolliuntur; ad unguemque emendantur, & perficiuntur; non jam humaniores, sed erunt profecto humanissima, nominanda.

Ac ne me quasi Theologum aliquem explodatis, aut quia in Philosophia humaniorum Artium fontes constitui exhibeatis, Tullium ipsum profero in medium testem omnium locupletissimum. *Ego autem et me sæpe nova videri dicere intelligo; cum per vetera dicam, sed inaudita plerisque. Et fateor me Oratorem, si modo sim, aut etiam quicumque sum, non ex Rhetorum officinis, sed ex Academia spatijs extitisse. Illa enim sunt curricula multiplicium, variorumque sermonum, in quibus Platonis primum impressa sunt vestigia. Sed*

*

et

Sixtus V. in Triumphantis, &c. Theologiam, qua nihil Ecclesiæ Dei fructuosius omni studio retineamus, illustremus, propagemus. Divino enim munere inventa est à majoribus nostris, sapientissimis viris, Theologia scholastica.

Cicer. in Oratore Num. 3.

De quibus tom. 1. Bibliothec. veteris Hispaniæ.

Biblioth. Soc. & Bibliot. nova Hispaniæ.

et hujus, et aliorum Philosophorum disputationibus
et exagitationibus maximè Orator est, et adiutus.
Omnis enim ubertas, et quasi silva dicendi, ab
illis est, non satis tamen instructa ad forenses
causas, quas ut illi ipsi dicere solebant, agrestio-
ribus Musis reliquerunt. Audin à Philosophis,
Platone ipso, ac Tullio Græcæ ac Romanæ fa-
cundiæ luminibus, amandari ad agrestiores Mu-
sas Eloquentiam forensis, ut quæ non sit ab
ubertate Philosophiæ profecta: Etiam illud audi,
paullo brevius, sed explicatius. *Postum sit igi-
tur imprimis (quod post magis intelligitur) sine
Philosophia non posse effici, quem quærimus elo-
quentem. Non ut in ea tamen omnia sint, sed
ut sic adiuret, ut palestra histrionem. Nam nec
latius, nec copiosius de magnis variisque rebus si-
ne Philosophia potest quisquam dicere.* Pruden-
tissimè igitur faciunt Hispani, si diutissimè, ac
diligentissimè ijs se exercent studijs, & in illis
Scientijs nidificant, ubi cæterarum Artium, & Hu-
manitatis ipsius sunt semina. Quin propterea
sperare non possint, ut in alijs minoris mo-
menti aliquando proficiant, quod si evenerit
nonnè utilius & splendidius est verè etiam ju-
cunditatis, Humanitatisque plenissimum ijs
Scientiis esse præstantem quibus scias, & possis la-
boranti Christianæ Reipublicæ subvenire, &
opitulari? Civibus esse in Anima periculis salu-
tarem? Nam sine validissimo aliarum præsidio,
& copia, Humaniores literæ quid sunt aliud
quam Apollinis nuces, & poma? Aurium le-
nocinia, ludrica oblectamenta? Musarum cu-
pedia, bellaria, & ubi mæstæ fuerint, modò cre-
pitacula, modò crepundia? Et hæc illi, qui
sunt divinarum scientiarum expertes audent
pro Libris, aut Sybillarum folio, & Oraculis
Delphicis populo venditare, quod ægre qui-
dem

dem ferunt Hispani, cum videant id non posse
committi, nisi dignioribus alijs neglectis, ac
propè abdicatis, in quibus suas, qui verè fa-
piunt, fortunas collocant.

Cum perorasset Italus, coorta est omnium
admurmuratio, quæ postquam conquievit, Audi-
tores contuens Hispanus, tempus adest, inquit
ut cum Italus, quæ contra Hispanorum Ingenia
temerè jacta, ac vulgata fuerant, rationibus, &
exemplis luculentissimis inania esse, & falsa de-
monstraverit, velitis jubeatis illius judicium, atque
sententiam Senatus consulto, ac Decreto publico
confirmare. Itum igitur in suffragia, ac nemine re-
fragante, decretum: Vel si omnia alia deessent, ex
sola Bibliotheca Doctoris Eguiaræ constare, ac
perspicuum esse Senatui Hispanos sive qui in No-
va sive qui in veteri nascuntur Hispania gentem
esse de omnibus scientijs, et artibus optimè meri-
tam; qui contra senseris dixeris, misstraveris,
scripseris, violata Reipublica Literaria, et falsi
criminis reus esto, pœnas luitos, huncque ipsum,
Tu Censor Urbis, omni eruditorum tribu mo-
neto. Quo decreto exclamavit Hispanus. O
diem! O Literas istas Senatus plusquam Impe-
ratorum, Victrices, & Laureatas! Sed quia vi-
deo vos propè diem vela in Patriam facturos,
oportet ut aliquam descriptionem Mexicanó-
rum Urbis, unà cum Senatus Literis ad vestros
perferatis. Atque hic ab omnibus exclamatum.
Spectare hoc ad Belgam, tum quod is diutis-
simè fuerit Mexici commoratus: tum quod
Urbs eadem Carolum Quintum Belgam con-
ditorem, ac parentem agnosceret. Faciam, ad-
junxit Ille minimè invitus. Sed quoniam om-
nes in procinctu sumus, brevissimè, nec pro
officij mei ratione, aut ipsius Urbis magnitudi-
ne, & dignitate.

Cic. lib. 4. in Ver-
rem n. 52. & 53.
& lib. 5. n. 10.

Maphæ. lib. 1. Vi-
tæ S. Ignatij cap.
12.

San-Nazar. Epi-
grammate de Ve-
netijs.
Viderat Hadriacis
Venetam Neptu-
nus in undis, &c.

Alloq. no. Mexicanæ Caroli Quinti Colonia ea est
amplitudo, & majestas, ut inter Urbes nobilissi-
mas terrarum Orbis sit memorabilis. (3) Et, si
Cœli clementiam solique ubertatem consideres,
nullam fortasse inuenies, quæ palmam præri-
piat quantumvis Siracusæ certent, laudatæ à
Tullio, aut Venetiæ Maphæi calamo, & San-Na-
zarij versibus illuminatæ. In ea enim visuntur,
numero ingenti aurati currus, quadrigæ, gæ-
statorix sellæ, nec non curules, exquisito opere,
& in quo multum superbiunt Artifices. Adde
opulentorum Civium, advenarum ex Africa,
Europa, & Asia frequentiam, Mercatorum
opes, divitias (quodque caput est) in tanta di-
versarum Nationum & gentium multitudine,
ac varietate solius Catholicæ Religionis, & pie-
tatis cultum, & studium perurbanos mores, &
emendatos, unde illa sunt etiam Templorum,
Ædium Sacrarum Deo, aut Cœlitibus nitor, ele-
gantia, magnificentia earumdem immensi præ-
tiji vasa, gravia geminis, & unionibus ornamen-
ta, supellexque cætera peragendis divinis officijs
sumptu mirifico: quibus affabre elaborandis Me-
xicanæ ditissimas illas auri, & argenti venas li-
benter exhauriunt. 208
Canales Urbem interfecantes complures
littres enavigant rebus non solum quotidiano
victui opportunis, sed ad lautiorum delicias
onusti. Viis publicis, & regionibus flexus nulli
sunt, aut meandris, sed omnes aut ab Ortu in
Occasum, aut à Meridie in Septentrionem des-
criptæ, ac longæ, & late protensæ, quas, cum
tenuis Zephyrus perfleret, idem avertit nebulas,
& fumos noxios eventilat: hinc ea Urbi salu-
britas, & spirantis auræ temperies, & lenitas,
ut nullus hic, in qua natus est, Patriam deside-
ret. Mexicani etiam agri, qui latissime patet,
mag-

magnæ utilitates sunt, & mira fertilitas, ex ijs,
quos vicini colles emittunt rivis, ac fontibus
saporis gratissimi. Intra lacum, qui Urbem cir-
cumluit, interdum videas (Indi Cinampas vo-
cant) parvas Insulas fluitare, & in medijs aquis
radices agere, e quibus olera, ac varij generis
nascuntur legumina: ex ijs aliquæ suas arbores
ferunt, quas non semel mirati sumus pomis re-
fertat: sunt & aliæ grandioris cespitis magni-
tudine, toto anno fronde viridi, odoratisque flo-
ribus latæ, quas pubes ludibunda remo, aut
pede migrare facit, majoribusque alijs adjungi,
aut in propinquum littus appellere. Inter omnia
verò Mexicani suburbij spectabilis est Imago Dei-
paræ Guadalupix picta divinitus. Stat enim Virgo
ore placidissimo, Regio diademate insignis, infra
talos promissa tunica, colore vario, partim nives,
partim violas imitante, aureisque stoculis inter-
micantibus. Adhæc exigua Cruce ad collum ap-
penfa, junctis ad pectus manibus, ac demissis
leniter oculis, supplicantis vultum præsefert. Et
hic etiam videre est Solem centum ac duode-
cim radiis Picturam ponere ambientem, Stellas sex
& quadraginta cœruleum collustrantes Reginæ
pallium, Lunamque ad pedes Virginis excuban-
tem. Extremæ verò Tabulæ Dei manu subje-
ctus est Angelus, Indi pueri habitu, suis hume-
ris Imaginem sustinentis. Jam, ut est largior
Hispanorum amor in Dei matrem, Templum
illi quam magnifice positum, quarto ab urbe
principe, miliario, situ quondam Marianis ve-
stigijs nobili. Institutus postea Canonicorum cat-
tus lectissimus, Ferdinandi Sexti Regis Catho-
lici munificentia, pro Indorum Catechesi, Eccle-
siae Psalmodia, ac Divinis officijs. Pictura de-
mum ipsa nullam adeo ætatis injuriam sentit,
ut ab anno Christi sexquingentesimo tricesimo

(1) Vides quot Ver-
sibus Homerus, quot Vir-
gilius arma hic Aeneae,
Achillis ille describat?
Brevis tamen uterque est,
quia facit, quod instituit.
Vides ut Aratus minutissi-
ma etiam sidera conse-
cetur, & colligat. Mo-
dum tamen scribat, non
enim excelsus, hic est,
sed Opus ipsum est. Simi-
liter nos, (ut parva ma-
gnis conferamus) cum
totam Villam oculis tuis
subjicere coamur; si ni-
hil inductum, & quali
devinum, loquimur non
Epistola, quae describit;
sed Villa, quae describitur,
magna est. *Plin. lib.*
1. Epist. 6.

(2) Sic enim corpus,
quod aeris puritate per-
fruitur, sanius fit... Si ve-
ro potiat acere purgato,
& florentibus pratis, &
hortis virentibus, & fon-
tibus inter amena fluen-
tibus, saniores, multoque
majori acri fulgore tu-
tilate. *S. Christoph. tom. 2.*
post med. Mon. 2. in Matr.

Magnam esse locorum
ad ferendos meliores, pe-
ioresque homines... Quip-
pe alij varietate vento-
rum, & turbinae, difficil-
es, & protervi sunt: alij
propter cibos, qui ex
terta, non solum corpori-
bus commodi, oriuntur,
verum animis quoque
non minus. *Plato in fine*
3. Dialogi de Legibus.

Optima enim tempe-
ries non corpori solum,
verum etiam intelligen-
tiae hominis prodest. *Ar. 1.*
in Problemat. 1. scilicet 14.
Quaest. 1.

Athenis tenuerunt caelum,
& valentes. Idem Agraria 2. Num. 39. Non ingenerantur hominibus mores tam à stirpe generis, ac
seminis, quam ex ijs rebus, quae ab ipsa Natura loci, & à vitæ consuetudine suspenduntur, quibus alimur,
& vivimus. *Cicero lib. unico de Fato, Num. 4.*

Plutarch. ad med. libri de
exilio versus Euripidis Athe-
niensis.

Ingenia hominum sicut ubique, apud illos, locorum quoque situs format. *Qu. Curt. lib. 8. Num. 9.*
Nihil hac plaga infestius: atrox caelum, perinde ingenia Silvarum, & montium situs cum ingenie con-
tinebant. *Florent lib. 3. cap. 2. & lib. 3. cap. 4.*

(1) Nec unquam magnis ingenis chara in corpore mora est; exire, atque erumpere gestiant aegre
has angustias ferunt, &c. Quidquid ad summam venit ad exitum prope est. Eripit se, auferunt ex oculis
perfecta virtus. Nec ut tunc tempus expectant, quae in primo maturaverunt. *Senec. Consolat. ad Marciam cap. 2.*

(4) In Hispania studia literarum eo culta non vigent, quem haec aetas nudis, & squalentibus Mitis re-
positis. Non enim Latine eloquentiae studium ibi viget, non venustas Poeticæ, non Historia, praeconiumque
rituum utilitas, & robusta lepiditas; veterem, ac penè barbaram in quaerendis Sciencijis rationem obviat. Pa-
riolophiae incumbunt, Theologiam amant, non spernant Legum, & Canonum peritiam. *Barclaus in Icone*
Animorum, post medium cap. 7.

(5) Mexicanae Regionis summam amenitatem, omnium rerum in ea ubertatem, aeris suavissimam
temperiem, ingenium incolarum ad omnes artes apertum praedicat. *Dyffens in Relatione Itinerum Edit. Paris.*
ann. 1718. apud Eruditos Lipsia Tom. 19. in mense Octobris pag. 463.

primo vivat idem color, & spiret adhuc Virgi-
nea in facie decor ille, & majestas quibus cum
olim è divini Artificis prodiit ingenio. Quare
hoc Virginis simulacro fortunatos se Mexica-
ni ducunt, & inclytos; cum praesertim eorum vo-
tis Regina Clementiae adspiret mirificè.

Post quæ Belga conversus ad Italum. Quin,
Tu etiam, ut alij alias, versiculis aliquot Urbem
tibi charam, & amicam exornas? Opportunè
quidem me admones, nec extra oleas; nam si
quidquam in me est gratiae, & amœnitatis poe-
ticae, è pratis hinc, ac viridarijs Mexicanis ha-
bere me intelligo.

*Ergo alias Urbes pulcras clarasque Poeta
Fecere ingenis, carminibusque suis
At, Tu, cui Caelum ridet, formosior omni
Ingenio, ex quovis Carmine major eris.*

H. Et hæc (quamvis pauca) memoriae florentif-
simæ Urbis consecrare fuit visum, in qua, scili-
cet, ultra Quadraginta jam annos divinis, hu-
manisque literis institutus sum à Majoribus.
Quod autem parum in his profecerim, causæ,
aut in Discipuli tarditatem, sunt rejiciendæ, aut
in Aegrimoniæ, illam diu philosophantium
decimam Musam.

ANTELOQUIA OCCASIONEM OPERIS,

ARGUMENTUM, METHODUM,
Cætera ijs affinia opportunè
aperientia.

ANTELOQUIUM I.

Occasio scriptionis pro-
palam ut detur, Emma-
nuelis Martini Ecclesiae
Alonensis Decani Epi-
stola XVI Libri VII, quæ
habetur tom. ejus II,
excribitur.

Alia quidem omnia à Bibliotheca Mexica-
na cogitabamus, Academicis intenti nego-
tjjs, & Theologicis elucubrationibus cum
è suggestu quotidie dictandis, tum etiam commi-
tendis typis operam dantes, Concionibus sacris
idque genus alijs Theologicæ professionis pro usu
nostro insistentes: Quod verò amœnioribus dele-
ctati libris & elegantiori compus latinitate, succil-